



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XIII. Januarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

B. Ivetta vidua, ad DEI tribunal in extasi citata, veterisque delicti confessione necdum expiati rea, pœnam subivisset, nisi Deiparæ intercessione veniam impetrâisset. Impurum Juvenem Ivettae pudori vim intentantem è cubiculo visibilis Deipara abegit. *Bell.* Vis virgini esse charissimus, vel virgo esto, vel castus.

O Beata pœnitens ! quoties præteritorum delictorum conscientia mentem subit , heu quantum totis artibus contremisco ! ora pro me Matrem misericordiæ , ut pudoris mei custodem, & pro delictis meis apud Filium intercessorem agat, ut tecum audire merear: Dimissa sunt tibi peccata tua. O Sanctissima DEI , & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis , quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni &c f. 2.

Ad quod impetrandum ter hodie supplex per MARIAM à DEO verborum , cogitationum, & operum , malè actorum veniam implorabo.

MARIA pro salute Fidelium , qui delictorum onere gravantur , sedula Oratrix, pervigil ad Regem , quem genuit, intercedit. *Sixtus VI. P. in Constit.*

Quæstio : An Deipara plus amet semper innocentem , an à peccato ad innocentiam revertentem ?